



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

6. An in emphyteusi, & feudo clerici, equitesque militares, & monachi
succedant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

figurat ac non amplius, quasi diceret, textus. relicto masculo nec tunc nec postmodum femina admittitur, sed perpetuo exclusus sunt. Præterea regula generalis est quod feminæ ad feudum non admittantur, ergo in casu dubio ea interpretatio facienda est quæ dispositioni iuris communis fuerit conformior.

9 Sed rectius contrarium docuerunt plures quos refert, & sequitur Iul. Clarus lib. 4. sentent. §. feudum. q. 80. Mol. disp. 47. §. ante med. Nam accipiens feudum, si sibi suisque hæredibus masculis & feminis intendit ad feminas deficientibus masculis peneniat. At si feminæ semel exclusæ eo quod masculi existebant censendæ sunt in perpetuum exclusæ, raro eius intentio quod feudum ad feminas perveniat effectum habebit, siquidem ex vnicâ masculorum successione illis existentibus perpetuo excluduntur.

Præterea cap. 1. §. filia de success. feudi. & cap. 1. de eo qui sibi vel hæredib. Et. solum dicant feminam non succedere existentibus masculis, vel donec masculi supersint. Ergo illis non supersstantibus succedunt. Quapropter cum in d. cap. 1. §. quin etiam, dicitur relicto masculo ulterius feminas non admitti. Explorari debet ulterius id est dum masculus supersit. Neque in præteriti casu censendum dubiam esse, sed manifestam.

10 Quoad emphyteusim attinet res secularis sit, siue Ecclesiastica certum est feminas aequè ac masculos admitti, nisi expressè à contrahentibus cautum fuerit ut feminæ non admittantur, vel non admittantur existentibus masculis. Sicuti habetur §. emphyteusim in Authent. de non alienand. reb. Eccles. ibi sibi tantum masculis, aut feminis, aut nepotibus virisque natura: traduntque cum communi sententia paucis in contrarium relatis Covarr. 2. var. c. 18. n. 1. Clarus §. emphyteusim. q. 32. Caldas de nominat. emphyteusim. q. 23. n. 8. & q. 24. n. 27. Aluar. Valasc. de iure emphyteusim. q. 41. n. 2. Mol. disp. 474. in medio. Fachin. lib. 8. controu. cap. 97.

11 Si autem accipiens emphyteusim stipulatus fuerit pro se, & filiis suis communiore sententia recte Covarr. lib. 2. var. c. 18. num. 1. censet solos filios masculos esse admittendos, non feminas. Censent Roland. à Valle conf. q. 7. lib. 2. Buriar. conf. 80. num. 7. Riminald. conf. 153. num. 3. lib. 2. Aurel. Coibul. plures referens de iure emphyteusim. c. 11. num. 3. Et seq. Ducuntur, quia in contractibus & stipulationibus qui sunt stricti iuris interpretatio stricta facienda est. At nomine filiorum non comprehenduntur filia nisi ex benignitate legis & illius favore. Vt colligitur ex leg. pronuntiatio. leg. iusta. ff. de verbor. significat. l. cum in adoptivus §. qua in filio si ad eum. Ergo in hoc casu filia censendæ sunt exclusæ.

12 Verius tamen censio feminas admittendas esse prout docuit Salicet. in leg. 2. de iure emphyteusim. q. 12. Decius ad leg. 2. ff. de Regul. iuris tract. quando masculinum conceptum femininum numer. 9. Aleiat. in leg. 1. ff. de verbor. significat. Covar. 2. var. cap. 18. num. 1. Pinel. leg. 3. num. 33. Cod. de bono matris. Aluar. Valasc. q. 41. num. 3. Ant. Gab. communi. conclus. lib. 6. concl. 6. num. 94. Menoch. conf. 111. num. 57. & num. 10. lib. 2. Fachin. lib. 2. controu. cap. 97. Molin. disp. 474. post med. Moueoz: nam esto in materia stricti iuris, & quæ aliis præiudicare debet nomine filiorum filia non continetur iuxta l. 3. §. sed si incertum sit ff. de ventre in possession. in eund. saluti tamen quando ex legis dispositione contrarium colligitur, vt in præsentiarum contingit. Cum aequè feminæ, ac masculi habiles sint ad emphyteusim §. emphyteusim. Authent. de non alienand. reb. Cum autem quilibet stipulatio & contractus censetur factus secundum iuris regulas. leg. si stipulatus. ff. de iuris. conseqens est, vt stipulatio emphyteusim pro filiis filias contineat, siquidem emphyteusim vtrique masculis & feminis communis sit. Quod præstat vt nomine filiorum feminæ comprehendantur. leg. iusta. leg. pronuntiatio. leg. quisquis. ff. de verbor. significat. & affirmat Glossa §. si quis filius verbo quia filius iustit. qui testam. tutor. dar. possunt. Ex quibus argumentum contrariæ sententiæ solum est: nam esto nomine filiorum non veniant feminæ nisi ex benignitate legis, sufficiens fundamentum habemus, vt hæc benignitate in præteriti gaudeamus: cum hæc interpretatio dispositioni legis admittentis feminas aequè ac masculos ad emphyteusim conformis sit.

13 Quod si expressè stipulatus fuerit pro te, tuisque successoribus masculis manifestum est feminas exclusas esse. Sed in eo casu nepos masculus filius filia admittendus sit; Variante Doctores. Vt videre est in Iulio Claro quest. 36. Aria Pinello leg. 3. num. 1. Cod. de bonis matern. Aluar. Valasc. de iure emphyteusim. quasi. 41. num. 5. Probabilis existimio admittendum esse, quia est masculus, & successor primi instituentis, & consequenter habet qualitates quæ pro institutione requiruntur. Excipere nisi per modum maiotatus emphyteusim concessa esset, quia eo casu conceditur vt in linea recta, & in familia capitis conferretur. Sicuti tradit Molin. lib. 3. de primogen. cap. 5. num. 41. nec dissentit noster Mol. disput. 474. in fine.

§. V.

An in emphyteusi, vel feudo hæreditario possessor repudiata hæreditate vitium possessionis emphyteusim obtinere, cum tamen penitus possessoris hæres existat?

- 1 Negat noster Molina.
2 Contrarium verosimilius, & communius est.

Negat noster Molin. tr. de iustit. disp. 472. in fine. ducens quia emphyteusa (& idem est de feudataria) ab vitio possessionis recipit emphyteusim immediate, a primo autem non nisi mediatis illis in quos emphyteusim devota est. Ergo vitium possessionis hæres debet esse.

Sed contrarium mihi verosimilius placet cum communiore sententia quam referunt & sequuntur Arias finit. leg. 1. Cod. de bon. matern. 3. part. num. 91. Iulius Clarus §. feudum. q. 9. n. 5. Caldas de nominat. emphyteusim. q. 22. n. 39. Aluar. Valasc. de iure emphyteusim. q. 44. n. 19. testaturque Clarus in facto senatum Neapolitanum iudicasse, sufficere hæredem esse primi possessionis quamvis vitium non sit. Moueoz: quia esto quilibet emphyteuta, vel feudatarius accipiat emphyteusim à proprietario qui emphyteusim, vel feudum concessit tanquam à prima origine: ac negari non potest primum possessionem hanc concessionem accepisse, & pro se, suiisque successoribus hæredibus stipulatum esse, vitio cuius stipulationis quilibet eius successor hæres capere est emphyteusim. Ergo ab ipso possessore primo tanquam à causa formati & propria habetur emphyteusim, tametsi iudice quodam successione detur. Ergo potius spectandum est, an successor sit hæres primi possessionis, quam vitium. Adde præfatam successorem absolute hæredem esse saltem primi possessionis. At per ma dispositione ex qua interpretatio sumenda est solum quantum hæres in successore requiritur. Ergo absque fundamento retinetur, & ea qualitas hæres debet esse vitium possessionis, & non sufficit esse primi.

§. VI.

An in emphyteusi, & feudo Clerici, Equitescum militares, & Monachi succedant?

- 1 In emphyteusi Clerici, Equitescum militares succedere possunt.
2 Si emphyteusim hæreditaria sit, quæque ad hæres extraneos transire potest, & ad Religiosum strictam paupertatem professum pertinet, non ipse, sed monasterium succedit.
3 Si religiosus ante professionem emphyteusim fuerit, & de eius commoditatibus disposuit, dispositio iniqua est.
4 Mortuo Religioso si emphyteusim erat hæreditaria ad hæres extraneos transmissibilis, monasterium illam vendere potest.
5 An Clerici in sacris constituti possunt feudum retinere?
6 Si illis careat Clericus non debet excludi.
7 An Monasterium in feudum succedat?
8 An Equites Militares.

Quoad emphyteusim attinet non est dubium Clericos, Equitescum militares succedere posse. Nam cum emphyteusim non habeat obsequium personale, sed realis, nulla est ratio ob quam à successione illius excludi debeant: maxime cum votum paupertatis quod Equites militares præstant latum sit, admittatque usum emphyteusim, licet & aliorum bonorum.

Si verò de Religiosis strictam paupertatem professibus loquamur, asserendum est, si emphyteusim hæreditaria sit, quæ ad hæres extraneos transire possit, non ipse religiosus, sed Monasterium nomine ipsius & in quod iura Religiosi transfusa sunt succedit, aramen teneat in personam non personalem alienat emphyteusim, ne domo proprietaria fiat præiudicium. Quod si Monasterium in capax sit successione, vt sunt conventus S. Francisci, & Capucinorum, & religio Societatis Iesu quoad Professos, & Coadjutores firmatos, iudicandum est de emphyteusi ac si Religiosus esset mortuus, deueniente ad sequentes vocatos. Si autem nulli sunt, ad dominum proprietaria reuertitur, & cum proprietate consolidatur. Quæ omnia manifesta sunt. Scimus ex communi tradit Sylvest. §. emphyteusim. quasi. 20. Iulius Clar. lib. 4. sentent. §. emphyteusim. q. 22. Et 33. Iulius lib. 2. cap. 41. dub. 10. n. 84. Molin. disp. 482. Layman. lib. 3. sum. tit. 5. n. 4. cap. 24. post med. n. 20.

Si autem Religiosus ante professionem emphyteusim fuerit, & de eius commoditatibus, & meliorationibus habitis disposuit ea dispositio sequenda est. Quod si nulla facta

dispositione professionem emisit in Monasterio successio-
nis capax, Monasterium interim dum Religiosus vixerit
emphytheus fructur, percipietque illius commoditates, &
melioramenta, quia in hac fructuone nullum praeiudicium do-
mino proprietatis irrogatur. Sicuti ex omnium sententia no-
tarunt Iulius Clar. d. §. emphytheus. q. 33. Mol. disp. 482. post
mit. Caldas de renouat. emphytheus. q. 19. n. 7. Lessius lib. 2. cap.
41. dub. 10. n. 82. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 23. num.
25. Quod adeo verum aliqui existimant, vt etio emphytheu-
tis clausulam habeat, ne in Ecclesiam, seu potentorem alic-
nerur, non obinde haec alienatio impeditur, quia haec est
alienatio necessaria, & ex iuris dispositione, quam illa condi-
tio non impedit, sed solum impedit alienationem volunta-
riam. Vt adnotauit ex Panormit. in cap. in presentia de pro-
bat. numero 73. Layman. lib. 2. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 23. nume-
ro 15. & alij plures quos retuli tractat. 17. de statu religioso,
disput. 3. p. 4. §. 3. Sed ibi cum pluribus aliis Doctoribus con-
trarium censui, quia obstat haec transactio necessaria, & indi-
recta sibi praedictam conditionem statuente. Vt late ibi pro-
bauit.

4 Mortuo vero Religioso si emphytheus erat haereditaria,
quaeque ad haereditarios extraneos peruenire poterat, Monaste-
rium poterit illam vendere, quia in ipsum translata fuit ob
Religiosi professionem. Quinimo tenetur hanc venditionem
celebrare, ne dominus proprietatis spe recipiendi laudemium
priuatur, sicuti praefati Doctores notant. Si autem sit haeredi-
taria mixta, seu ex pacto, & prouidentia ad eum deueniet ad
quem de iure deuenitura est.

5 Quoad feudum atque si eas condiciones habeat quae feo-
do proprie ascribuntur, vt est feudatarius obligatum esse
domino proprietatis inseruare cum armis defendendo, & pro
eo quando opus fuerit pugnando, de quo iuramentum fide-
litatis praestatur, nequaquam poterunt Clerici in maioribus

Ordinibus constituti feudum retinere, quia inhabiles sunt ad
obsequium, & in hoc casu in lib. 2. feudor. tit. 2. §. si de feudo de-
functi contentio sit inter dominum & agnatos, vasalli dicitur. Quid
clericus efficitur, aut votum Religionis assumit hoc ipso feudum
amittit. Idem habetur in tit. An maritus, vel alius imper-
fectus her. & in tit. de vassallo milite qui arma bellica de-
posuit. Neque enim vt inquit textus lib. 2. feudor. tit. 2. 1.
beneficium perinet ad eum qui non potest gerere offi-
cium.

Verum si feudum nullum obsequium personale annexum
habet, vel eius conditionis obsequium personale sit, vt praes-
tari decenter a Clericis possit, nulla est occasio Clericum ab
eo feudo excludendi, cum ratio prohibitionis cesset. Vt be-
ne annotauit Fachin. lib. 7. controu. cap. 35. Nauarr. commen-
2. de regularib. num. 55. Mylunger. cent. 5. obseru. 48. Sanchi-
lib. 7. cap. 15. q. 3. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 24. num. 10.
Quando autem feudum alicui Ecclesiasticae dignitati annexu-
tur ex primaria sui institutione, vt in Germania contingit, ne-
minis est dubium a Clericis retineri posse, quia obsequium
quod praestandum est si personale sit non dedecet Clericum,
vel medio substituto praestatur. iuxta lib. 2. feudor. cap. 40. aliis
1. de capitulis Conradi. §. vlt. cap. ex transmissa, & cap. verum de
foro compet.

Quoad successionem Monasterij atinet d. 2. p. tractat. 16.
de statu Religioso, disput. 3. punct. 4. §. 3. numero 4. resoluimus
ad Monasterium transire posse durante Religiosi vita, nisi sit
feudum habens iurisdictionem, aut dignitatem annexam,
aut obsequium quod a Monasterio nequeat decenter praes-
tari.

Equites vero militares ceptum est in eo feudo succedere,
in quo Clerici succedunt. Sed an succedant in feudo pro-
prio, & rigoroso. Non est constans sententia. Haec affirmanti.

Laus Deo, Virgini, Ignatio.



INDEX